

posuit faciem suam inter genua sua. Eodem modo Chaldaeus et omnes recentiores interpretes, et clarius Hispanica translatio: *E descendiose de ventre en tierra*. Qui orandi modus Hebraeus erat in summo dolore, aut orandi studio non inusitatus. Quem orandi modum audio etiam nunc quibusdam peregrinis nationibus familiarem, quæ incurvato corpore terram osculantur, quod fieri nullo modo potest, nisi facie genibus aut applicatâ, aut proximâ.

VERS. 45. — ET DIXIT AD PUERUM SUUM: ASCENDE, ET PROSPICE CONTRA MARE. Non dubitabat Elias venturam esse pluviam, eamque ingentem, cuius sonitum paulò ante audisse videbatur; cupiebat tamen illam advenire quamprimùm, ut et propheticam statim liberaret fidem, et morentes animos populi solaretur, quem vehemens tunc urgebat fames, et spe promissæ pluviae dolorem suum utcumque sustentabat. Quare iterum ac sæpius dimittit puerum, quem secum adduxerat, ut versus mare, Mediterraneum opinor, intueretur, si qua nubes inde in aere concreveret. Cùmque sexies missus nihil vidisset, iterum atque iterum se dedit in preces, donec tandem septimò missus videre se dicit nubeculam parvam ascendentem è mari, quale hominum solet apparere vestigium. Tunc verò ingruere vehementem pluviam odoratus per eundem puerum, regem admonuit ut quamprimùm ascenderet currum, ne illum in aperto loco tempestas deprehendat.

Quidam hunc puerum esse putant filium Sarephthanae viduae, quem Elias paulò ante excitarat à mortuis. Alii Jonam esse putant, quem Sarephthana mater in Eliæ disciplinam et societatem tradidit, ut illi esset assiduus, et servilem quoad posset et liceret, operam præstaret. De hac re pluribus Joannes episcopus Hierosolymitanus c. 120, t. 9 Bibliothecæ. Alii ista non probant, quorum ego sententiæ libentius adhæreo. In hac nube S. Joannes episcopus Hierosolymitanus agnoscit B. Virginem, et ex nubis proprietate, quæ ascendens ex mari amaro, nihil tamen inde trahit amaritudinis, sine ullâ maculâ ortam esse dicit, B. Virginem conceptam, credo, intelligit, quia sicut nubes nihil habet amarum, cùm oritur è mari, sic etiam è mari nihil concipit amaritudinis. (1)

(1) VERS. 44. — ECCE NUBECULA PARVA QUASI VESTIGIUM (PEDIS) HOMINIS ASCENDEBAT DE MARI. Hebraeus: *Parvula quasi vola hominis*; Vatablus: *Ad magnitudinem vola hominis*; Chaldaeus: *Nubes parva sicut vola manus hominis*

VERS. 45. — CUMQUE SE VERTERET HUC ATQUE ILLUC, ECCE COELI OBTEBRATI SUNT. Dubium est quis sit iste qui se huc atque illuc assidue versabat. Existimare non nemo posset fuisse Eliam, qui cùm signum vidisset instantis pluviae, aut præ gaudio, quia res successerat ex voto, aut præ sollicitudine, ne nubes illa evanesceret, et expectationem, tam suam quam aliorum relinqueret hiantem; huc se atque illuc sollicitus versabat, atque anxius, quod homines in gravi aliquâ sollicitudine ac metu frequenter faciunt, quos uno in loco affectus ille acriter incitatus consistere non sinit. Aut certè orationis ardor et studium, sicut animum, qui maxime in eo orationis æstu laborat, sic etiam corpus in has atque illas partes impellit. Quod etiam accidisse videtur Eliseo lib. 4 Reg. c. 4, v. 55, qui cùm esset intentus excitando puero, et jam super eum incubisset, *deambulavit in domo semel huc atque illuc*. Tunc autem orasse vehementius, ut magis se ad alteram incubationem compararet. Verumtamen placet magis communis sententia, quæ hæc de Achab accipit, cui, cùm maturè ab Eliâ foret per famulum admonitus, ut sunt regum tarda molimina, et illorum incensus impediti, dum alia atque alia aut meditantur, aut curant, aut etiam quia non satis sibi persuaserat instare pluviam, extractum est aliquantum temporis: interim verò incubuit tempestas, et regem tardius molientem occupavit, qui tandem conscenso currû venit in Jezrael.

VERS. 46. — ET MANUS DOMINI FACTA EST (1)

ascendit de Occidente, id est, de mari Mediterraneo; hoc enim est ad occidentem Judææ.

Nota: *Vola* tam de pedibus quam de manibus dicitur: Hebraeus enim *caph*, id est, *vola*, propriè est curvitas, sive concavitas tam pedum quam manuum, imò et cochlearium aliarumque rerum curvarum; Chaldaeus hic accipit *volam manus*; noster verò *volam pedum*, unde vertit, *vestigium hominis*, idque congruentius: videbatur enim Deus hic in nube, quasi pedibus descendere ad dandam Israeli pluviam, et terram fœcundandam.

(1) *Manus*, id est, vis, virtus, alacritas, agilitas ad currendum; q. d.: Deus dedit robur, vires et alacritatem Eliæ, ut licet ipse esset jejunos, fessus, et debilis ex longâ concertatione cum Baalitis, item ex prolixâ oratione, sacrificio et impetratione pluviae, tamen curreret, imò præcurreret currum Achab, qui concitatis equis procurrebat, ut pluviam evaderet. *Currebat* ergo Elias, ut Achab et Israelitæ agnoscerent auctore Deo datam esse pluviam per preces Eliæ: item ut officium honorarium præstaret regi suo Achab, eum stipando, præeundo et præcurrando.

(Corn. à Lap.)

SUPER ELIAM, ET ACCINCTUS LUMBIS CURREBAT ANTE ACHAB. Manus Domini, opus Domini significat: tunc autem dicitur super aliquem fieri, cùm aliquid inspiratur, aut mittitur à Deo, quo ho-

«Le plus grand prophète, le premier ministre de l'Éternel, s'écrie Voltaire, courir comme un valet de pied devant la charrette du roi d'Israël!» Suivant ce critique, les envoyés de Dieu devraient être choisis parmi les hommes puissants, parmi les riches du siècle; il en a cependant été autrement, soit dans l'ancienne loi, soit dans l'établissement et la propagation de la nouvelle; et ces prédicateurs, ces ministres à pied ont changé la face de la terre, et sont encore l'objet du respect et de la vénération des peuples.

«Mais pourquoi courir?» C'était pour convaincre Achab que, quoique le ciel fût serein, l'orage allait venir si promptement qu'il serait impossible de l'éviter, si l'on ne faisait pas la plus grande diligence.

CAPUT XIX.

1. Nuntiavit autem Achab Jezabel omnia quæ fecerat Elias, et quomodo occidisset universos prophetas gladio.

2. Misitque Jezabel nuntium ad Eliam, dicens: Hæc mihi faciant dii et hæc addant, nisi hæc horâ cras posuero animam tuam sicut animam unius ex illis.

3. Timuit ergo Elias, et surgens abiit quodcumque eum ferebat voluntas; venitque in Bersabee Juda, et dimisit ibi puerum suum.

4. Et perrexit in desertum viam unius diei. Cùmque venisset, et sederet subter unam juniperum, petivit animæ suæ ut moreretur, et ait: Sufficit mihi, Domine; tolle animam meam; neque enim melior sum quam patres mei.

5. Projecitque se, et obdormivit in umbrâ juniperi. Et ecce angelus Domini tetigit eum, et dixit illi: Surge, et comede.

6. Respexit, et ecce ad caput suum subcinericius panis et vas aquæ: comedit ergo et bibit, et rursùm obdormivit.

7. Reversusque est angelus Domini secundò, et tetigit eum, dixitque illi: Surge, comede, grandis enim tibi restat via.

8. Qui cùm surrexisset, comedit et bibit, et ambulavit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus et quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Horeb.

9. Cùmque venisset illuc, mansit in spelunca. Et ecce sermo Domini ad eum,

minimum aut illustratur mens aut incitatur animus, ut aliquid arduum aut bonum aggrediatur et efficiat. Quo modo lib. 2 Par. c. 30, v. 12, dicitur facta in Juda manus Domini, ut corde uno facerent juxta præceptum regis: sic etiam nunc facta dicitur super Eliam Domini manus, et inditus novus animus et spiritus, ut tonante et fulgurante celo non solum sequeretur, sed etiam antecederet regum currum, neque timeret indignationem illorum qui eadem prophetarum dolerent, et illam studiosè conarentur ulcisci; qui sanè in Jezraele esse poterant non pauci, cùm ibi esset Jezabel, de cuius mensâ tot illi, aut illorum multi prophetæ comedebant. Sed inspirante Deo vires et audaciam, superavit hæc omnia, et in civitatem illam regiam omnium primus intravit.

CHAPITRE XIX.

1. Achab ayant rapporté à Jézabel tout ce qu'Elie avait fait, et de quelle manière il avait tué par l'épée tous les prophètes de Baal,

2. Jézabel envoya un homme à Elie pour lui dire: Que les dieux me traitent dans toute leur sévérité si demain, à la même heure, je ne vous fais perdre la vie, comme vous l'avez fait perdre à chacun de ces prophètes.

3. Elie eut donc peur, et s'en alla partout où son désir le portait; et étant venu à Bersabée, en Juda, il y laissa son serviteur.

4. Il fit dans le désert une journée de chemin; et étant venu sous un genévrier, il s'y assit, et, souhaitant la mort, il dit à Dieu: Seigneur, c'est assez; retirez mon âme de mon corps, car je ne suis pas meilleur que mes pères, qui sont morts aussi.

5. Et il se jeta par terre, et s'endormit à l'ombre du genévrier. Et voilà qu'un ange du Seigneur le toucha, et lui dit: Levez-vous et mangez.

6. Elie regarda, et vit auprès de sa tête un pain cuit sous la cendre et un vase d'eau. Il mangea donc et but, et il s'endormit encore.

7. L'ange du Seigneur, revenant une seconde fois, le toucha encore, et lui dit: Levez-vous et mangez, car il vous reste un grand chemin à faire.

8. S'étant levé, il mangea et but; et, fortifié par cette nourriture, il marcha, quarante jours et quarante nuits, jusqu'à Horeb, la montagne de Dieu.

9. Y étant arrivé, il demeura dans une caverne; et le Seigneur, lui adressant sa parole, lui dit: Que faites-vous ici, Elie?

dixitque illi : Quid hic agis , Elia ?

10. At ille respondit : Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum , quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel , altaria tua destruxerunt , prophetas tuos occiderunt gladio , derelictus sum ego solus , et quærun animam meam ut auferant eam.

11. Et ait ei : Egredere , et sta in monte coram Domino , et ecce Dominus transit . Et spiritus grandis et fortis subvertens montes et conterens petras ante Dominum , non in spiritu Dominus . Et post spiritum commotio , non in commotione Dominus .

12. Et post commotionem ignis , non in igne Dominus . Et post ignem sibilus auræ tenuis .

13. Quod cum audisset Elias , operuit vultum suum pallio , et egressus stetit in ostio spelunæ . Et ecce vox ad eum dicens : Quid hic agis , Elia ? Et ille respondit :

14. Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum , quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel , altaria tua destruxerunt , prophetas tuos occiderunt gladio , derelictus sum ego solus , et quærun animam meam ut auferant eam .

15. Et ait Dominus ad eum : Vade , et revertere in viam tuam per desertum in Damascum , cumque perveneris illuc , unges Hazael regem super Syriam ;

16. Et Jehu filium Namsi unges regem super Israel ; Eliseum autem filium Saphat , qui est de Abel-Meula , unges prophetam pro te .

17. Et erit , quicumque fugerit gladium Hazael , occidet eum Jehu , et quicumque fugerit gladium Jehu , interficiet eum Eliseus .

18. Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum , quorum genua non sunt incurvata ante Baal , et omne os quod non adoravit eum osculans manus .

19. Profectus ergo inde Elias , reperit Eliseum filium Saphat arantem in duodecim jugis boum , et ipse in duodecim jugis boum arantibus unus erat ; cumque ve-

10. Elie lui répondit : Je brûle de zèle pour le Seigneur Dieu des armées , parce que les enfants d'Israël ont abandonné votre alliance , qu'ils ont détruit vos autels , qu'ils ont tué vos prophètes par l'épée , et que , étant resté seul , ils cherchent encore à m'ôter la vie .

11. Le Seigneur lui dit : Sortez , et tenez-vous sur la montagne devant le Seigneur , et voilà passer le Seigneur . Il s'éleva un vent violent , impétueux , renversant les montagnes et brisant les rochers ; et le Seigneur n'était point dans ce vent . Après le vent , il se fit un tremblement de terre ; et le Seigneur n'était point dans ce tremblement .

12. Après le tremblement , il s'alluma un feu ; et le Seigneur n'était point dans ce feu . Après le feu , on entendit le souffle d'un petit vent doux , et là était le Seigneur .

13. Ce qu'Elie ayant entendu , il se couvrit le visage de son manteau , et , étant sorti , il se tint à l'entrée de la caverne ; et en même temps une voix se fit entendre , qui lui dit : Que faites-vous là , Elie ? Il répondit :

14. Je brûle de zèle pour vous , Seigneur Dieu des armées , parce que les enfants d'Israël ont abandonné votre alliance , détruit vos autels , tué vos prophètes par le fer , et que , étant demeuré seul , ils cherchent encore à m'ôter la vie .

15. Et le Seigneur lui dit : Allez , retournez par le chemin où vous êtes venu , le long du désert vers Damas , et lorsque vous y serez arrivé , vous sacrez Hazael pour être roi de Syrie .

16. Vous sacrez aussi Jehu , fils de Josaphat , fils de Namsi , pour être roi d'Israël ; et vous sacrez Elisée , fils de Saphat , qui est d'Abel-Méula , pour être prophète en votre place .

17. Quiconque aura échappé à l'épée d'Hazaël , sera tué par Jehu , et quiconque aura échappé à l'épée de Jehu , sera tué par Elisée .

18. Et je me réserverai dans Israël sept mille hommes qui n'ont point fléchi le genou devant Baal , et qui ne l'ont point adoré en portant la main à leur bouche pour la baiser .

19. Elie , étant donc parti de là , trouva Elisée , fils de Saphat , qui labourait avec douze paires de bœufs , et conduisait lui-même une des charrues des douze paires de bœufs . Elie s'é-

nisset Elias ad eum , misit pallium suum super illum .

20. Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam , et ait : Osculer , oro , patrem meum et matrem meam , et sic sequar te . Dixitque ei : Vade , et revertere , quod enim meum erat feci tibi .

21. Reversus autem ab eo , tulit par boum , et mactavit illud , et in aratro boum coxit carnes , et dedit populo , et comederunt ; consurgensque abiit , et secutus est Eliam , et ministrabat ei .

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — NUNTIAVIT AUTEM ACHAB JEZABEL OMNIA QUÆ FECERAT ELIAS. Quo animo hæc omnia à rege fuerint uxori nuntiata , non constat , cum multa nuntiasset , quæ magnoperè prophetæ virtutem et sanctitatem commendare poterint , ut quòd ignem evocârît è cœlo , pluviamque impetrârît , quod summum eo tempore beneficium existimari poterat , propter quod suspici ab omnibus , et amari deberet . Hoc narrari poterat à rege , ut uxorem impiam à vano idolorum cultu ad veram religionem adduceret , et Dei famulum Eliam plurimi faceret , et ut verum Dei prophetam agnosceret , seque illius disciplinæ excolendam traderet . An id rex curaverit incertum . Illud certum , nihil ex eo meliorem factam Jezabelem ; imò id certius , aut nihil horum cogitasse , aut adeò id egisse molli brachio , ut nihil horum impetraverit ab uxore impiæ parentum religioni obstinâtius alligatâ . Quæ non tam lætata est quòd missa fuerit tandem de cœlo pluvia , quàm inflammata in prophetam odio , quòd neci dederit patriæ religionis prophetas et antistites . Quare talem prophetæ per nuntium minatur plagam , qualem ipse prius aliis intulerat (1).

VERS. 3. — TIMUIT ERGO ELIAS , ET SURGENS

(1) « Jézabel , dit Voltaire , est assez sottè pour faire avertir Elie par un messenger qu'elle le fera prendre le lendemain ; c'était lui donner un jour pour se sauver . » Le miracle qu'Elie venait d'opérer avait produit une révolution subite dans les esprits ; de là ce coup d'autorité contre les faux prophètes , qui ne fut fait que du consentement d'Achab et de tout le peuple . Quand Jézabel en fut informée , elle fit faire , dans son dépit et son emportement , des menaces à Elie , dont au fond elle redoutait la présence . Le prophète , qui connaissait la faiblesse d'Achab et le caractère constant des Israélites , craint que leurs dispositions passagères ne changent bientôt , et que Jézabel ne soit en état d'effectuer ses menaces . (Duclot.)

tant approché d'Elisée , mit son manteau sur lui .

20. Elisée aussitôt quitta ses bœufs , courut après Elie , et lui dit : Permettez moi . je vous prie , que j'aie baiser mon père et ma mère , et après cela je vous suivrai . Elie lui répondit : Allez , et revenez , car j'ai fait pour vous ce que j'avais à faire .

21. Elisée , après avoir quitté Elie , prit une paire de bœufs , qu'il tua ; il en fit cuire la chair avec le bois de la charrue , et la donna au peuple , qui en mangea . Il s'en alla aussitôt après , et se mit à suivre Elie et à le servir .

ABIIIT (1). Expositionem hujus loci moralem vide apud D. Bernardum , sermone 64 ex par-

(1) *Elie eut peur , et s'en alla aussitôt partout où son désir le portait , etc.* Le grand pape saint Grégoire fait une admirable réflexion sur le courage tout divin qu'avait fait paraître Elie à l'égard d'Achab et de tous ses faux prophètes , et sur cette extraordinaire frayeur dont il fut saisi tout d'un coup , à la seule voix de Jézabel , qui le fit fuir de tous côtés , non pas où le mouvement de Dieu le conduisait , mais où la faiblesse de la nature l'emportait . « Les saints , dit-il , que l'Esprit de Dieu a élevés dans un haut degré de perfection et de connaissance , sont rabaisés ordinairement par quelque tentation , tant qu'ils sont en cette vie , de peur que leur élévation , ne les porte dans l'orgueil . C'est ainsi qu'Elie , étant arrivé au comble de tant de vertus , fut rabaisé tout d'un coup , lorsqu'il fuyait Jézabel , qui , bien que reine , n'était néanmoins qu'une faible femme . Je considère , d'une part , ajoute-t-il , la force étonnante de cet homme qui ferme le ciel par sa parole et qui l'ouvre quand il le veut ; qui ressuscite les morts et qui prévoit les choses futures ; je regarde , d'autre part , la faiblesse et la frayeur de ce même homme qui s'enfuit devant une femme , et qui souhaite de recevoir la mort de la main de Dieu sans la pouvoir obtenir , dans le même temps qu'il s'efforçait de l'éviter du côté de cette femme , qui le voulait perdre . D'où vient donc qu'il paraissait si puissant pour opérer ces grandes merveilles ? et d'où vient qu'il paraissait si faible , jusqu'à fuir devant une femme , sinon , parce qu'autant que les saints sont forts par la puissance de Dieu , autant ils sont faibles par leur propre infirmité ? Ainsi , lorsqu'Elie parut si rempli de force , il fit connaître que c'était de Dieu qu'il avait reçu sa force . Et lorsqu'au contraire il parut si faible , il reconnaissait la faiblesse qui lui était naturelle . La puissance qu'il fit éclater aux yeux des hommes était une preuve de sa vertu , et la faiblesse dans laquelle on le vit tomber aussitôt après , était la gardienne et comme l'affermissement de cette même vertu . *Ille potentia virtus fuit ; ista infirmitas custos virtutis .* (Sacy.)

« Mais un homme qui ressuscite les morts , et qui dispose des nuées et de la foudre , est-il assez poltron pour fuir devant une

vis. Qui neque regem timuit, neque populum, qui regum stipabat latus, qui ausus est copiosum prophetarum agmen occidere, ille nunc unius feminæ vultum sustinere non potest, et illius minaci oratione perterritus, in fugam se quamprimum dat, neque tutum se putat, nisi quadraginta dierum itinere confecto. Hæc eloquentissimè, ut solet, amplificat Chrysostomus homil. de Petro et Eliâ, quæ est apud Metaphrastem, et adducitur à Surio, tom. 4 in mense Augusto, qui illius timoris et fugæ aliquas adducit causas. Ait enim primum in his, quæ hactenus exposuimus, aliquam Eliæ intercessisse culpam, crudelitatis nempe, quod mihi durum est, neque omnibus probari video; culpam verò spiritus debilitare ac frangere, et strenuis etiam atque audacibus animis pavorem incutere, satis Scriptura sacra clamat, et docet experientia. Alia ratio est, quia Deus declarare voluit miracula illa, quæ ostensa fuerant, non ab Eliâ, sed à suâ ipsius potentia facta fuisse. Vide quid faciat, quo tempore Deus ipse operabatur, reges, principes, et populi Eliæ succumbebant; cum verò Deus abscessisset, etiam mulier una prophetæ ibi terribilis visa est. Abscessit Deus, et natura humana redarguta fuit. Deinde ut ex hac tantâ rerum dissimilitudine Elias intelligeret dum aliquid faceret, aut auderet egregium, divinæ potentiæ potius ac benignitati, quam suis viribus esse tribuendum. Vidisti, inquit, quemadmodum recedente gratiâ redarguta est natura humana; fugit enim Elias itinere quadraginta dierum. Non uno aut altero, sed quadraginta diebus aufugit, et ad regionem omninò desertam se contulit, non nutrimentum, non cibum aliquem secum ferens; nam tanquam ebrius præ metu cætera nihil curabat, sed desertas tantum regiones sequebatur. Idem penè hic Angelomus, et Rabanus. Sancti, inquit, viri, sublevante spiritu ad summa rapiuntur: quamdiu verò in hæc vitæ sunt, ne superbiant, tentationibus reprimuntur. Idem Theodoretus q. 47. Sanè cum capite præcedenti in fine manus Domini facta est super Eliam, contra vim tempestatis pedibus

« femme? » Cet homme savant que ce n'étoit pas par sa propre puissance qu'il avoit opéré ces prodiges; que Dieu, qui en étoit l'auteur, ne s'étoit point engagé à les répéter à tout instant; qu'il y auroit de la présomption et de l'orgueil à négliger les moyens humains d'échapper au danger que fournit la prudence, lorsque le ciel n'en indique point d'extraordinaires. (Duclot.)

suis regio currus turbinis in modum volantes præcedebat, et eum in locum ubi Jezabelem esse noverat, prophetarum ultricem, prope-rabat alacer. At ubi Deus manum illam, quæ vires prophetæ insprabat et animos, subduxit, feminam timet, et ne in illius manus incurrat, ignobilem fugam meditatur: neque quantumcumque semotus securum se putat à femineo furore. Cur Elias Jezabelem timuerit, cum prius fuerit omni formidine superior, tractat Abulensis optimè hic, q. 3.

QUOCUMQUE EUM FEREBAT VOLUNTAS. Ebrio nuper similem esse Eliam dixit Chrysostomus, neque enim minùs timor aut furor mentem eripit, quam vinum aut ebrietas, unde in Scripturâ sæpè audimus homines ebrios non à vino, sed à mœrore, desperatione, aut à graviore aliquâ perturbatione. Sic sanè Isaias cap. 29, v. 9: *Obstusce cite, et admiramini, fluctuate, et vacillate, et non à vino; et cap. 51, v. 21: Audi hoc, pauperula et ebria, et non à vino.* Præterea hominem in æstu gravi, et perturbatione animi similem facit navi, quæ gravi æstu maris jactatur, quam non regit ars ulla nautica, quia ars omnis à tempestate vincitur, neque aliquid est fervente pelago in gubernatore consilii. Sic certè sæpè in descriptione horribilium tempestatum audimus. Ovidius lib. 3 de Tristib. Eleg. 1:

Rector in incerto, nec quid fugiatve, petatve

Invenit, ambiguus ars stupet ipsa malis.

Utramque similitudinem conjunxit David Psal. 106, v. 26: *Ascendant usque in cælos, et descendunt usque ad abyssos; anima eorum in malis tabescebat, turbati sunt, et moti sunt, sicut ebrius, et omnis sapientia eorum devorata est.* Sic, inquit Chrysostomus: « Elias tanquam ebrius, quocumque illum ferebat voluntas, rapiebatur potius quam quò illum consilium, et ratio deducebant; sicut et navis, quam rapit tempestas omni arte superior, non regit gubernatoris prudentia. » Comparat cum vento vehementi Jezabelis orationem furoris et minarum plenam; nam quemadmodum ventus navim jactat rapitque, sic Jezabelis oratio minax prophetam rapuit incertum et vagum, quocumque ferebat timoris impetus, aut quæ se primus aditus aperiebat ad fugam. Audi Chrysostomum: « *Quemadmodum Zephyrus cum vehementer fiat in velum aliquod, navigium ipsum cum impetu transmittit, ita mulieris oratio in prophetam irruens multo cum impetu ad solitudinem desertam eum compulit.* »

VENITQUE IN BERSABEE JUDA, ET DIMISIT IBI

PUERUM SUUM. Bersabee est in extremâ parte Judæ et terræ promissionis, ad australem plagam, quæ respicit desertum. Unde cum extremi adhibentur fines terræ promissionis, Dan ab aquilonari parte ponitur, ab australi, sive à deserto, Bersabee. Cum eò igitur veniret primo die ex quo ex Jezraele profugit, reliquit ibi puerum, quem in montem Carmelum secum adduxerat, aut quia noluit ut puer secum laborem et famem sustineret, aut ne puer ab aliis cognitus dum foras egrediret obsonandi gratiâ, aut ob alias causas agit incautè, magistrum prodat. Maluit enim ut recessum haberet magis occultum, ut fecit ad torrentem Carith, latere solus, quam cum periculo socium habere solitudinis suæ.

VERS. 4. — CUMQUE VENISSET, ET SEDERET SUBTER UNAM JUNIPERUM, PETIVIT ANIMÆ SUÆ. UT MORERETUR. Ubi noster, *juniperus*, Hebr. est *Rothem*, quam quidam genistam esse dicunt. Unde ea planta apud Hispanos appellatur *Retama*. Neque obstare putant, quòd hoc arbustum, in multis locis humile, neque ad opacandum locum aut frondes habeat explicatas et latas, neque ad inducendam umbram ramos diffusos; sæpè enim videmus ut quæ uno in loco exilia sunt, et parum supra terram elevata, eadem alibi procera sint, et crassa, et cum magnarum arborum magnitudine certent. Quod in hæc ipsâ regione probat sinapi, quod cum aliis in locis sit exile et humile, in terrâ tamen promissionis ejus est magnitudinis, ut in arborem crescat, ut habes Mathæi cap. 15. Nihilominus juniperum esse arbitror, ut cum vulgato converterent aliqui, cujus umbra, licet non usque adeò grata sit, est tamen multò magis idonea ad quietem. Cum autem ad illum locum pervenisset propheta, cum languor animi, et lassitudo corpus occupasset, neque quo in eâ solitudine famem levaret, haberet aliquid opportunum, cepit illum tædere vitæ, atque ideò mortem optat, eamque non minùs ardentè postulat, quam antea vitam filio Sarephthanæ viduæ. Petere porrò animæ suæ, nihil est aliud quam sibi petere. Animal enim ex usu Scripturæ per illius animam circumseribitur. Quare idem est *anima mea* atque *ego; animam suam* atque *se; animæ suæ* atque *sibi.*

Quærit hic Abulensis, q. 3, quare cum tam se prius constantem præstiterit Elias, nunc mulierem tantoperè metuat, ut fugiat ab illâ quam longissimè: cujus jam rationem supra reddidimus. Nunc addimus multò magis mulierum quam virorum iram esse metuendam;

mulier enim in utramque partem potentissima, imò impotentissima est, quæ si sibi aliquid faciendum proposuit, illud ad mortem usque persequitur: neque ratione ducitur, aut consilio, sed à suâ libidine impotenter abripitur. Multa de mulierum irâ implacabili dixerunt antiqui, quæ hic referre longum esset, et est ab interpretis instituto alienum. Vide Juvenalem Satyrâ 6; Ovidium lib. 2 de Arte, sic de irâ mulieris:

Sed neque fulvus aper mediâ tam sævus in irâ est,

Fulmineo rabidos dum rotat ore canes;

Nec lea cum catulis lactantibus ubera præbet,

Nec brevis ignaro vipera læsa pede.

Seneca in Hercule Oeteo de iratâ feminâ;

Scylla et Charybdis Sicula contorquens freta

Minus est timenda; ullâ non melior ferâ est.

Sed habemus in Scripturâ testimonium illustrius, Eccles. 25, v. 25: *Non est caput nequius super caput colubri, et non est ira super iram mulieris.* Ambrosius Epist. 25 graviore esse dicit tentationes à mulieribus, quibus viri etiam strenui superati sunt; et licet de pugna spirituali locutus esse videatur, illud tamen ipsum de corporali periculo, eo, quem diximus, sensu potest intelligi. De muliere optimè Chrysostomus in sermone de Decollatione S. Joannis.

Illud etiam hic quærendum, quomodo cum tanto studio mortem fugiat Elias, mortem tamen expetat, quam paulò ante invenisse videbatur, quamque subiisset à Jezabele, nisi suæ sibi vitæ maturâ fugâ providisset. Ejus rei plurimæ adducuntur causæ. Angelomus et Rabanus duo mortis, seu potius duo homicidarum genera considerant: occidi à muliere turpe existimatur, et homine ingenuo prorsus indignum, maxime in casu, in quo de religione est certamen. Horrebat Abimelec mortem illatam à feminâ, Judic. cap. 9, v. 54; expetebat à viro forti, et ideò dixit ad armigerum suum: *Evagina gladium tuum, et percute me, ne fortè dicatur quòd à feminâ interfectus sum.* Sic ergo horrebat Elias illatam à Jezabele mortem, non solùm quia id viro foret indecorum, sed quia non tam ipsi quam religioni, de quâ proximè videbatur instituta contentio, grave inferre-batur et importunum vulnus. At à Deo, à quo afferri sibi mortem optabat, vulnus accipere lethale, et vitæ declinare longa fastidia, non putabat horribile. In hanc sententiam inclinat Cajetanus; vide hæc de re Petrum Damianum tom. 2, serm. 2 de S. Vitali.

Chrysostomus Epist. ad Olympiam, cum hæc